

Verba non sufficere cuiuscunq; Episcopi ap-
probationem sed Episcoporum Diœcetum,
vbi confessiones audiuntur manifeste desig-
nant: prout communiter Doctores intelli-
gunt. Neq, Clementina Dudum iam sepius
repetita in favorem Prædicatorum & Mino-
rum aliquod circa hoc continet priuilegium
quod iuris communis naturam induat & for-
ciatur. Nam licet ibi à Summo Pontifice Cle-
mente. 5. Concilio Vienensi praesidente ip-
sis Fratribus iurisdictio concedatur nolen-
ibus Episcopis eos sine causa admittere & pro
expositis habere: non tamen ipsis conceditur
iurisdictio pro aliis Diœcesibus, in quibus
non sunt approbati. Et confirmatur hec sen-
tentia ex eadem Clementina, vbi Fratribus
Prædicatoribus & Minoribus iurisdictio cō-
ceditur ad modum Curatoram atqui cum ipsis
Curati ouium alterius Diœcesis minime pos-
sint confessiones audire: perspicuum est ne-
q; Fratres hoc posse sine licencia & approba-
tione Ordiniorum locorum in quibus cō-
fessiones audiunt. Hanc sententiam tuetur
Nauarrus in Inchiridione cap. 27. nu. 265.
Et noster Emanuel Tom. I. q. 59. art. 4.

¶ Decimum dubium est, Virum presen-
tatio